

I. O. H. A. N. S. C. H. O. N. E. R. I.

Mathematicas disciplinas amore complectuntur, mihi redderem
coniunctiores. Iam vero cum sciam neminem melius mereri de hu-
mano genere, atq; eos qui recta studia promouere: ipseq; mihi hanc
prouinciam iam pridem subeundam censuissem, tamen vltro cur-
renti calcar addere epistolis suis uoluerunt, viri in omni rerum ho-
nestarum scientia excellentissimi, Philippus Melanchthon, & Iaco-
bus Milichius: quorū illi ob incredibilem eruditionem, & variarum
linguarum cognitionem, simul totius VVittenbergenfis Acade-
miae, publico cum Electoris Saxoniae, tum aliorum doctorum suf-
fragio decreta & commissa est & summa & caput. Hunc autem,
quia reliquam multitudinem in Astrorum scientia facile superare
uidetur, non contemnendo stipendio praelegendis Mathematicis
disciplinis praefecerunt. Edocti enim viri optimi iam longa experi-
entia rerum, vident quod quibus non est incognitus motus ille coe-
munis caeli, eos compendio peruenire posse in cognitionem Theo-
rica planetarum, quos quidem a Sole & Luna maximè vires & o-
perationes suas accipere fatemur. Porrò has tabulas, quae utiles uti-
que sunt Scholis publicè, & iucundae priuatim res coelestes tractan-
tibus, sub vestro P. C. potissimum nomine publicandas putauit, tum
quod ad huius vestrae urbis meridionalem sunt confecta, tum quod
sicut in Germania regiones multae, suas maximè merces ex hisce
uestrae urbis pomerijs, in sua inferunt moenia, ita ex hoc uestrae ur-
bis meridionali circulo, suum quaeque elicere potest. Valete, vnà
cum florentissima repub. uestra, diu foelices. Ex vrbe vestra

Norica viij. Kalend. Septembris, Anno
salutiferi partus
M. D. XXXVI.

